Explicit aurelii augustini in epistolam beati
Johannis apostoli. Omelia decima et ultima.
Sub anno domini M° CCCC° LX° mense Junio

Incipit explanatio aurelii augustini in
Apocalypsim prout exposuit sermocinando
coram populo. Sermo primus etc.

Iohannes apostolus et evangelista a domino ihesu christo electus
atque dilectus in tanto amore dilectionis atque familiaritatis
est habitus ut in cena super pectus eius recumberet. Et ad
crucem astanti soli matrem propriam commendasset.
ut quem nubere volentem ad amplexum virginitatis asci-
verat. ipsi eam custodiendam virginem tradidisset. Ipse
itaque cum propter insuperabilem evangelizandi constanciam
a domiciano cesare exilio in pathmos insulam
portaretur. illic ab eodem apocalipsim sibi ostensam
describit. ut sicut in principio canonis id est libri gene-
seos incorruptibile principium prenotatur ita etiam
incorruptibilis finis per virginem in apocalipsi redderetur
dicentem. Ego sum alpha et o inicium et finis. Que quidem
apocalipsis pene tot habet mysteria quot verba. Et pro
dignitate voluminis laus omnis inferior est. Cuius tamen sequentem
disposicionem vel libri ordinacionem ideo a nobis per singula non
exponitur. ut nescientibus inquirendi desiderium collocetur.
in querentibus laboris fructus et deo magisterii doctrina servetur.
Hic est iohannes qui sciens supervenisse diem excessionis
descendit in defossum sepulture sue locum
oracioneque completa reddidit spiritum etc. Etc.